



## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

1 Singula restituit jus omnibus exspoliatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

C. III. q. Accusatio semper debet fieri in scriptis.

Non Episcopatus a Papa Episcopi Sicilie, epist. 2. Quisquis e. ille est, qui crimen attendit, in iudicium...

C. IV. q. Decidem. Item Statu III. in epist. ad Episcopos orientales, cap. 4.

Quis crimen objicit, scribat se probaturum. Reverti in idem tempore causa agatur, ubi crimen admittitur...

C. V. q. De eisdem. Sed Stephanus Papa contra videtur scribere, dicitur, epist. 2. cap. 4.

Episcopi si in iudicio accusatio suscipiatur, sed propria voce si legitima, & condigna accusatoris persona...

Calixtus Papa precipit, ut accusator presente eo quem accusat, in iudicio accusatorem afferat, & propria voce litetur...

De re veris forma accusationis, & qui modus componendi delictorum, Paulus in Digestis, libro h. de publicis iudiciis...

In ca. Hadriani, cap. 6. b. Polye. lib. 1. tit. 1. l. 1. par. 6. c. alexandrinae, d. Pan. l. 4. c. 76. In cap. Hadriani, l. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

ceptis, & quid simile, idipsum a libello comprehendendum erit. Si accusator decesserit, aliter qua b. causa cum impeditur...

CAUSA III.

Udam Episcopus a propria sede dejectus est, post restitutum: post restitutionem ducitur in causam, inducitur popularis, tandem ad epus accusationem procedit...

- 1. Ille primus quartur, an restituito danda sit quibuslibet expoliatis.
2. Secunda de iudicis, an post restitutionem tantum, an etiam post vocationem ad causam quibuslibet concedenda sint.
3. Tercio, quo spatio mensum utriusque sint concedenda.
4. Quarto, an infame, & non legitime conuictis, ad accusationem sint admittendi.
5. Quinto, an testes de domo accusatorum sint producendi, vel inimicorum vox sit audienda.
6. Sexto, an extra provinciam reus sit producendus.
7. Septimo, an sit audienda epus sententia, quem cum reo parificet malitia.
8. Octavo, an ab uno tantum Episcopo sit audiendus, vel iudicandus.
9. Nono, an accusator vel testes in absentem vocem accusationis, vel restitutionis extubere valeant.
10. Decimo, an defensores in primo capitulo, sint admittendi ad sequentia.
11. Undecimo, an accusator liceat accusationem in accusatorem vertere.

QVÆSTIO I.

Q. Vob restituito quibuslibet danda sit, multis auctoritatibus probatur.

C. I. q. Expoliatis vel ejectis omnia sunt redintegranda. Ait enim Cajus Papa epist. unica ad Felicem Episcopum, cap. 3.

Episcopis a suis rebus expoliatis, vel a propriis sedibus ejectis, omnia, que eis ablata sunt, legibus sunt redintegranda, quia priusquam hoc fuerit factum, nullum crimen eis obijci potest.

C. II. q. De eisdem. Item Fabianus epist. 2. Episcopi orientales.

Episcopi, si a propriis sedibus, aut ecclesiis sine auctoritate Romani Pontificis i expulsi fuerint, antequam ad synodum vocentur, proprius locus, & sua omnia eis redintegranda sunt. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel ecclesie, atque res ab amulicis, aut a quibuscumque detinentur, ut aliquid illis obijci debeat...

Sine auctoritate Romani Pontificis, dum hec verba etiam apud Anselmum, licet non sint expressa in originali.

a. al. & ipsam libelli, b. aliter causa, c. al. senatus consulto, d. Mutati verbis, sed nichilominus sententia, Anselm. lib. 2. c. 46. e. Anselm. lib. 2. c. 50.



*cujus hic sententia potius, quam ipsius verba referantur, usque ad vers. Nulla.*  
*Unde notandum est, quod restitutionis sententia sola non sufficit, nisi presentialiter omnia iudicii officia restituatur, ut ejetus, vel spoliatus etiam naturalis possessionem recipiat, sive animo suo & corpore ab eo, veluti per procuratorem, sive animo & corpore suo. Cuncta quoque, que sibi ablata fuerant, quacunque conditione, in eodem loco, unde surrepta fuerant, revocanda sunt.*

**C. III. ¶ De eodem.**  
*Unde Ioannes a urbe Roma Episcopus scribit Zacharia Archiepiscopo, epist. 3.*

**R**edintegranda sunt omnia expoliatis, vel ejetis Episcopis presentialiter ordinatione Pontificum, & in eo loco 1 unde abiecerant funditus revocanda, quacunque conditione temporis, aut captivitate, aut dolo, aut violentia e majorum, aut per quascunque injustas causas, res ecclesie, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem 2, aut regularem ad synodum vocationem eorum, & reliqua.

**1 ¶ In eo loco** *Apud Invenim, & Symmachum legitur. & in eorum unde abiecerant, potestatem funditus revocanda.* *Apud Eusebium verò, in eorum unde abiecerant, loca funditus revocanda.*

**2 ¶ Ante accusationem** *Hac usque ad finem addita sunt ex originali, quibus oratio ab eis videtur, & quorum pars in fine huius questionis à Gratiano repetitur.*

**C. IV. ¶ De eodem.**  
*Item Eusebius Apostolica sedis Episcopus, epist. 2 ad Aegyptios.*

**R**edintegranda sunt omnia expoliatis vel ejetis Episcopis, &c. usq. funditus revocanda, eodem modo, ut supra.

**C. V. ¶ Novus est sacerdos, sed schismaticus, qui fratram se subtrahit ab eis.**  
*Item Alexander Papa, epist. in princip.*

**N**illi dubium est, quia bonis malis semper persequimur & tribulamur. Propter quod humilemur es, sub potenti manu Dei, ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circuit, quarens quem devoret, sic diabolus non cessat circumire, & quarens quos ex fidelibus perdat, & maxime illos quos ardentiores in servitio Salvatoris, & que familiares invenit. Familiares dico eos, quos sibi lacrarunt, & in ordine Apostolatus constituti voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis & oblationibus ea delent atque consumunt. *¶ In f. a.* Qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus, quam sacerdos esse probabitur. [Ecce inquit Propieta g.] quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Illi vero in unum non habitant, qui astratum solatio se subtrahunt, aut (quod detestari est) fratribus in insidias preparam, aut laqueos ponunt, & in fine epist. 1. Dominum crucifigunt, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux à cruciari dicitur. Magnam verò cruciatum sustinet qui vim patitur.

**C. VI. ¶ Excommunicatur qui opprobrium & calumniam inferunt sacerdotibus.**  
*Item Fabianus Papa epist. ad Episcopos orientales.*

**D**eus ergo, Fratres, ad hoc præordinavit vos, & omnes, qui summo sacerdotio funguntur, ut iniustitias removeatis, & presumptiones abscindatis, & in sa-

*a Et Eusebius epist. 2. & in 1. synodo Romana sub Symmacho.  
 b Anst. l. 3. c. 1. & 4. c al. virgine. d Anst. ibidem.  
 e 1. Pet. 3. f Osee 4. g Psalm. 132. h Supra 1. qu. 1. 2. f. sacerdoti. Barc. 1. 12. l. 1. 2. 29.*

cerdotio laborantibus succurrat, opprobriis & calumniis eorum locum non præbeatis, sed et qui calumniis & opprobriis patitur, adiutorium ferat: illum verò, qui calumniis, vel opprobrium facit, abscindatis & Domino in suis sacerdotibus opem feratis.

*Patet ergo, quod expoliari prius sint presentialiter restituti, antequam ad causam sint vocandi. Sed obijciat, ubi non fuerit legitima institutio, ut non potest esse restitutio. Non enim prius restitutus, qui prius non fuit institutus: ac per hoc non restitutum possunt restituere potest. Illi ergo, quorum electio variata est, vel qui à clero non sunt electi, vel à populo expulsi, vel qui per synodum irrogaverunt, non sune habendi inter Episcopos: & si eis, sicut fecerunt, quis tenere videbatur, expulsi fuerint, non possunt restituere potest, antequam vocentur ad causam. Unde supra à in malis tu ordinandum. [Si quis pecunia, vel gratia humana sua possessionem, vel militari tumultu, &c.] Sed hoc in eo tantum casu contigit, quo Apostolica sedes per violentiam occupatur: quo casu iustitiam invenitur, cuius officio ille Apostolicus possit excludi. In aliis autem locum non habet, cum violentia possessio, nisi per iudicium sit, violento detentori detrabi non possit. Si autem verum bellum non continuato, sed renovato, illam de possessione privis, iudici auctoritate præconi possessionem restituat. Si ergo Episcopi à sedibus, quas quocumque tenere videbantur, non per vim, sed violenter ejeti fuerint, post ejectionem restituenda sunt regularem ad synodum vocationem.*

QVÆSTIO II.

**D**e inducis autem post restitutionem presbiteri, quo spatio temporis concedenda sint, scribit Ioannes Papa b epist. 1. ad Zachariam Archiepiscopum Avenionem.

**C. I. ¶ Secundum tempus expoliatis concedatur inducia restitutioni.**  
**Q**uanto e tempore expoliati, vel expulsi esse videantur, antequam ad synodum convocentur, sub quo spatio temporis eis inducia indulgentur.

**C. II. ¶ Dum possessiones, vel res Episcopi detinentur, atque sibi objici non potest.**  
*Item Pelagius Papa II. Episcopi Italia.*

**C**res ab amulio ejus, vel à quibuscunque illi non sponte detinentur, aliquid illi non debet aut potest petere, quam ante redintegrationem omnium rerum suarum obijci. Sed prius illi legibus redintegranda sint, & postea tempore à Patribus definitio, sunt negotia veranda.

**C. III. ¶ Ante litem contestatam violentè ablata restituatur.**  
*Item Stephanus Papa 1. Circa de Laodice.*

**O**portet, ut primum vos tam de invasis civitatibus monasteriis, & mansis, quam de reliquis generatim rebus redinvestris faciatis: quia necnudi contentiones inter nos inimicis nos debemus opponere.

**¶ Papa** *Adhuc est hæc vox ex vetustis codicibus, præstituta rex, Leodiensis, caso antea legereur Laodicensis, mansi, de quibus in subjepto capite egitur ostendunt non ad Laodice Episcopum, sed Germanum, vel Gallum hæc fuisse scripta.*

**C. IV. ¶ Deprecantur à clero, & infames patres, qui loca expulsi sunt adulteris fastidiant.**  
*Item Evaristus Papa, epist. 1.*

**A**vidimus e quosdam à vobis infamatos, & ad sup. dist. 79. si quis pecunia. b Et Eusebius epist. e f. ead. cap. prius. ipsa præfata verba. d Anst. ibidem cap. 65. e Polyc. l. 2. tit. 11. Barc. l. 1. c. 124. l. 1. p. 1. c. 124. l. 3. c. 45.